

CAPUT I,
De Nominis Definitione.

1. **A**D* exemplum Jctorum ævi veteris placet exordiri telam ab *Ety-*
mologia. Executores dicuntur ab *exequi*, quod est à præpositione
2. *ec* & verbo *sequi*, sicut observat Gerhardus Johannes Vossius in *Ety-*
mol. LL. voce a. ab. nam, * ut alibi notavit vir istorum peritissimus, *ec*
3. dixisse antiquos, patet *exesferre*, *ecfatus*, *ecfodere*, & similibus, quæ in
4. veterum monumentis inveniuntur. *Ec** autem planè Græcorum est,
5. qui & per paragogen literæ *s.* dixerunt *ἐξ*. Utrumque * ad Latinos
6. translatum variis vocibus & verbis jungitur; unde & variam accipit si-
7. gnificationem. J. Frisius *Lexic. v. ex.* Est * verò differentia in scriben-
8. do, prout *ec* vel *ex* primo adjectum; nam voces & verba, quæ *ec* assum-
9. fere, non geminant *s.* licet hæc prima illorum litera sit; & siquidem fiat,
10. alterum tamen redundabit. Ast quibus primo *ex* est junctum, si ab *s.* inci-
11. piant, duo *s.* in conjunctione habent. Rectè enim hîc Vossius *d. B. lit. E.*
12. *quod s. in ex contineri ajunt, id nullius ponderis est, quia nihil prohibet se*
13. *geminari.* Hinc* melius *executor* & *exequi*, quam *exsecutor* & *exsequi* scri-
14. pseris; jam enim in priori scriptioe *s.* quod à simplici *sequor* huc transla-
15. tum, continetur, & ut dicit Jul. Cæs. Scaliger *c. 34. LL. non est præpositio-*
16. *nis, sed verbi:* quamvis utrumq; promiscuè inveniatur. Ipse Dn. Vossius *V.*
17. *sequor.* posteriori modo scripsit. *Sequor** est à Græco *ἐπικολουῶ*, conver-
18. sa consonante & spiritu aspero, à quo deductum verbale *Secutor*, ad cu-
19. jus similitudinem *Executor*. Adjectivum * *ultimarum* venit à primiti-
20. vo *uls*, à quo *ulter*, superlativi nostri positivus. Vossius *d. Etym. V. ultra:*
21. Substantivum * *voluntas* autem à *volendo*, & hoc à *βούλομαι*, quamvis
22. Varro putarit, *volo* esse à *voluntate*. Iterum hîc Vossius, *V. volo,* vid.
23. etiam Dn. W. Ludwell. *tr. de ultim. volunt. cap. 1. th. 1.*
24. **Executoris*** vox (nunc enim pergimus ad *Homonymiam*) signifi-
25. cationem sibi petit à verbo, cui proximam originem debet, cujusque
26. ipsius non est una solum acceptio. Nam * *exequi* primam idem deno-
27. tat, quod ἐπιπέμπειν punire. Hinc Sueton. de Jul. Cæs. *in ejus vita. De-*
28. *licta neque observabat omnia, neque pro mundo exsequebatur.* quo eodem
29. sensu usurpatur in fin. §. *ult. Inst. de his, qui sui vel alien.* Secundò * ac-
30. cipitur pro administrare. Sic Tacitus *Annal. 15. Syria executio Cintio, co-*
31. *pia militares Corbuloni permisse.* Ad quem locum eleganter Lipsius *n. 31.*
32. *Executionem pro administratione usurpat fortasse, ut alibi: Negotij ejus*

Exe-